verso Napoli, sii per far il medesimo. È venuto qui
96* uno secretario dil serenissimo re di Romani, per negotiar con il Pontefice, l'ho visitato, et l'have molto a grato. Ho parlato col reverendissimo Medici, mi ha ditto haver parlato al Pontefice, et ha trovato Sua Santità de bona mente et esser disposta di farli apiacer, ma il tenir di possessi è di mala satisfation di Soa Beatitudine. Suplica esso orator sia fatto election dil suo successor, etc.

97 *Exemplum.*

Die 12 Februari 1531 fuit concistorium in loco consueto in quo reverendus pater dominus Paulus Capisuchis retulit quemdam Anglicum comparuisse tanquam unum de populo ad excusandum Regem Angliae, eo quod non comparuit in causa matrimonii, qui retulit eam opinionem Rotae fuisse talem excusatorem admittendum non esse. Sanctissimus vero Dominus Noster materia inter reverendissimos dominos discussa et votis habitis eumdem excusatorem sine mandato admittendum non esse decrevit.

Die 10 Maii 1531, fuit concistorium in quo fuit conclusum in causa angliana matrimonii debere stare decretis alias factis, non obstantibus allegatis et instantia per excusatorem.

In causa anglicana Sanctissimus Dominus Noster una cum consilio reverendissimorum dominorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium discussis mature omnibus exceptionibus et allegationibus hinc inde datis, tandem conclusit expectandum esse illustrissimum Regem Angliae usque et per totum mensem Octobris proxime sequentis, ad hoc ut producat mandatum in causa principali, alioquin elapso dicto termine proceditur prout iustitia suadebit.

Beatissime Pater, postquam Sanctitas Vestra causam, et causas quas Sanctissimas et Devota Sanctitas Vestra oratrix Catherina Angliae regina, contra serenissimum dominum Henricum Angliae regem eius consortem super foedere matrimonii inter eos legitime contracti rebusque aliis in actibus causae et causarum huiusmodi latius deductis habere intendebat, reverendo patri domino Paulo Capisu-
97* chis Rotae decano audiendas, cognoscendas et in concistorio referendas commiserat, pro parte ipsius serenissimae Reginae ad observationem terminorum substantialium contra prefatum serenissimum Regem processum extitit, et ne de viribus processus observationis terminorum dubitare contingat, dignetur Sanctitas Vestra praefato reverendo patri domino Paulo committere et mandare quatenus terminis hactenus etiam male aut nulliter factis simul et unico contextu reiteratis in causa et causis huiusmodi ad ulteriora et suis loco et tempore referenda procedat, caeteraque alia faciat et exerceat, quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna premissis ac constitutionibus appostolicis caeterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque, statim causae et causarum huiusmodi et aliorum hic forsan de necessitate exprimenda tenores continentes et compendia pro plene et sufficienter expressis habentes.

De mandato Domini Nostri Papae, idem Auditor reiteratis terminis etiam unico contextu procedat, ut petitur, et iustitiam faciat.

Placet.

Die 9 Junii 1533. Sanctissimus Dominus Noster, respondendo cedulae appellationis et protestationis nuper coram Sua Sanctitate exibitae dicit, quod procedendo et pronunciando in hac causa angliana aliquem non gravavit, nec gravare, sed ut
iustitiam ministrare possit, decreto in sacro con- 98
cistorio et commissionibus in huiusmodi causa factis, quibuscumque non obstantibus, locum esse intendit, ex his clare patet pretensum excusatorem non fore audiendum, et pretensas appellationes per eum interpositas esse frivolas et reiciendas. Et quia Rex, nullo habito respectu ad Sanctissimum Dominum Nostrum et sacrum concistorium aliam duxit uxorem, supplicat serenissima Regina pro expeditione negocii principalis.

Fu posto, per li Consieri, Cai di XL et Savi, una 99(1)
parte, intervenendo uno, qual tolse il dazio de li molini di Sebenico, nominato Clemente Taulich per ducati 1042, non ave da piezarli, cressete poi incantà ducati 1500, resta debitor ducati 167, dimanda di gratia non habbi tal danno. Et leto la risposta di sier Bernardo Balbi fo conte et capitanio di Sebenico, messeno li ditti danari li siano relassadi etc. Ballotà do volte non have il numero. 116, 6, 21. *Iterum*, 143, 8, 23; andarà uno altro Conseio.

Fu posto, per li Savi, per ultimar la materia di frati di Corizola, et havendo uno prè Lorenzo Meraveia offerto monstrar li veri confini posti del......, sia preso: che li officiali a le Raxon Vechie con sier

(1) La carta 98* è bianca.